

tes appellem: ac per hoc quemadmodum quipiam mortalium sine parentibus non potest existere: ita & ego factus sum, quasi sine putredine & vermis esse non possem. Qui ita in carne mea velut in natura sua sunt: tanquam si ex eis ipse subsisterem. Cum illi in me de carnis mea sanie potius generentur, non ego ex illis. Ubi magis mortalitatem per peccatum factam significavit: cui inest corruptio, & corruptionis putredo. Patrem vero appellavit ipsum ortum humani generis in Adam, qui corruptione factus est putrescibilis. Matrem vero naturam humanam dixit, corruptione viuam. Sororem vero omnem posteritatem Adae dixit: qua de corruptione mortalitatis, velut de sanie putredinis nascitur: quod & Baldad dixit: Homo putredo, & filius hominis vivis.

Ubi est ergo nunc praefatatio mea, & patientiam meam quis considerat? Quod ait, & patientiam meam quis considerat: aperte forte se in illis cruciatibus manifestat: pro quibus qualiter queritur, quod ad retributionem tanti laboris sui non poterit pervenire.

In profundissimum infernum descendenter omnia mea. Alii dixerunt, omnia bona mea. Bona sua dicit ad inferos defensura, quod est anima mea: vel ipse pro illis sum defensurus. Verè non credimus de iustitia, quod tantus ac talis vir pro sanctis operibus suis frustrari potuerit. Quod autem ait:

Putasse saltem ibi erit requies mihi? Istud est: si in hac vita paecas patior inferorum, putasse in locis paenitentia erit aliqua requies mihi: Hoc autem gravatus miseriis loquitur, potius quam vicis difidencia: quia aliis locis ait ad Dominum: Scio quia in inferno protegas me: donec pertransiret furor tuus.

Caput XVIII.

RESPONDENS autem Baldab Suites, dixit: *Uisque ad quem finem verba jactabis? Intellige prius, & sic loquarum. Id est, quis finis erit hujus verbositatis, quasi non sit sincerus: vel solus Job à Baldab verbosus arguitur: vel quasi spiritu nefico quo infidigat loqui non desinat.*

Quare reputati sumus ut jumenta, & fōrdūm coram te? Hoc dicit, quod tanquam bruta animantia eos sanctus Job despiceret, & vilissimos & indignissimos colloquio existimaverit: & ita iracundia possellos, ut phrenesim pati viderentur.

Quid perdis animam meam in furore tuo? Loquendo contra divinam iustitiam, furoris amentia concitatus, anima tua necesse est inferas mortem.

Nunguid proper te derelinquetur terra, & transferentur rupes de loco suo? Tanquam si dicaret: nunguid proper te mundus ad rectorem suum non pertinebit: ut si quos peccatores invenerit, sicut & teipsum, non puniat. Terra vero & rupium nomine metaphorica universa multitudine populorum, & excelsi quaque mundi & superbi, ac potentes, possunt intelligi. Posunt rupes & anima hominum, ut terra, caro humana intelligi. Sed & angeli propter cœlestitudinem naturæ sua, eminentemque honorem: rupes dici possunt.

Noane lux impi extinguetur: nec splendebit flamma ignis ejus? Luce felicitatem præfentem quam sanctus Job gloriosus agebat, significavit, sicut & Solomon ait: Lumen verò impiorum extinguetur. Hanc igitur extintam dixit: quando Job definitus est omni felicitate præfenti. Quod autem ait: Nec splendebit flamma ignis ejus: id est, non rediet ad pristinam felicitatem.

Lux obtemperescet in tabernaculo illius: & lucerna qua super eum est, extinguetur. Non solum, inquit, præfentem felicitatem amittit: sed etiam lux recordationis Dei, que erat in tabernaculo cordis ejus obtemperabitur, ut ei Deus licet in memoriam non ascenda, & pro merito lucerna protectionis divina, que super eum fuerat, extinguetur.

Arctabuntur gressus virtutis ejus: & precipitabit cum consilium suum. Ut superbus confidens in virtute sua, qua rete incedere arbitratur, concludetur tribulationum angustia & pressuris, ut inde omnino exire non possit.

Immissi enim in rete pedes suos, & in maculis ejus ambulat. Retis nomine atque macularum ejus, inevitabile malum significatur: quod volens quisque exuere, ipso conamine impeditur, atque implicatur ut corrueat.

Tenebitur planta illius laqueo, & exardecbit contra eum

situs. Laqueus hic ipse diabolus non absurdè sentitur, qui ad supplandandum calcaneum, peccatores obseruat, & ipse nihilominus sit nomine appellatur: eo quod velut in aliquo bono astuans sitiat hominis mortem.

Abcondita est in terra pedica ejus: & decipula illius super semitam. Latet illum quibus insidias perditus sit: sive in seme miffo pedicam, qua p̄spedit pedes suos, habet absconditam: id est, obligationem peccati: & in favita conversationis sua, qua se recte putat incidere, erroris istius latet decipula.

Unusque terrebunt eum formidines: & involvent pedes ejus. Sive dolores. Superbus scilicet terrore ventura calamitas semper terribilitur. Possunt etiam formidines, hoc loco non affectiones cordis intelligi: sed ipsi potius ministri diaboli. Hi igitur multis modis terrere sanctum Job, ut eis cederer, institerunt.

Attenuetur fame robur ejus, & inedia invadat costas illius. Attenuet fames & ipse diabolus intelligi: qui hujusmodi famem patitur, qua nunquam de necibus hominum saturatur. Sive & ipse famem patitur: quia verbum quod procedit de ore Dei accipere non meretur. Et idcirco sub nomine costarum, thoracis munimenta significantur: quibus se velut quadam obdurations construxit, ut eum cibis divini eloquuntur. Audeat. Sive etiam impiorum plaga describit.

Devoret pulchritudinem cutis ejus: & consumat brachia illius primogenita mors. Pulchritudinem cutis: id est, ornamenta virtutum, & brachia, fortitudinem regni ejus, confecit diabolus, qui ideo primogenita mors appellatus est: quia per ipsum primùm intravit mors in orbem terrarum, & ipse est sue mortis inventor.

Avellatur de tabernaculo suo fiducia ejus: & calces super eum quasi rex interitus. Hunc igitur interitum diabolum esse dixit: qui est rex super omnes filios superbie: sed super sanctum Job, ut eum prosterneret, calce non potuit.

Habent in tabernaculo illius, socii ejus qui non est. Socii sodales, sive filii, ut supra dictum est ministri diaboli sunt: qui hoc loco non esse dicitur: & cum sit naturæ sue proprietate subsistens, tamen non est, ut dixi: quia prevaricatione factus est alienus a Deo.

Aspergatur in tabernaculo ejus sulphur. Ut fumum hic sentiat gehennam.

Deorsum radices ejus siccantur: sursum autem atteratur messis ejus. Messis opera possunt intelligi, que foras atque in publicum ex interioribus erumpentia, de fidei radice consurgunt. Alter: Deorsum radices ejus siccantur: id est, opera, quæ in hoc facculo perpetravit, inveniantur mortua, mortuisque ariditate similia. Sursum autem atteratur messis ejus: in futuro utique mercedem laboris sui minimè consequatur.

Memoria illius pereat de terra. Id est nihil memoria sua dignum operetur: vel etiam memoria ejus pereat de terra viventium.

Et non celebretur nomen ejus in plateis. In platea sedebant reges, inter quos optat eum famam iustitia non mereri. Platea virtutes intelliguntur: in quibus sapientia fiducialiter agit, & circum citavite Dei Ierusalem: in qua sacramentis divinis atque mysteriis latum est scripturarum mandatum. Vehementer igitur in his plateis ludent senes, & anas, & infantes.

Expellet eum de luce in tenebras: & de urbe transferet eum. De hac utique luce temporaria mittetur in aternas tenebras inferiorum: sive etiam de parte fortis sanctorum retrudendus in tenebras tormentorum.

Non erit semen ejus, neque progenies in populo suo. Hoc dicit, quod posteritatem indignam memoria gentis sua, vel patria derelinquit: secundum illud psalmi: Generatio rectorum benedicetur. Talem igitur generationem in populo suo noluit procreare: unde in hac gente spirituali gloriantur & patria.

Nec ultra reliqua in regionibus ejus. Manifestum est, quod sancto Job nihil remanserit. Spiritualiter autem sic intelligendum: nullas reliquias generationis sua habebit impius in futuro.

In die ejus stupebunt novissimi. Id est, in tempore damnationis ejus.

Et primos invadet horror. Id est, infimi & proceres terrebuntur: quod est reges potentes & magni. Sive novissimi & primi, homines, & angeli: sancti quoque & pec-

catores non absurdè intelliguntur.

Hoc sunt ergo tabernacula iniqui, & iste locus ejus qui ignorat Deum. Enarrantis maledictionis sententiam videtur dare, & dicit: ubi hujusmodi superbus scilicet, impiusque habitaturus sit: sed Job iniquus non est, quem rectum & innocentem Deus appellat.

Caput XIX.

RESPONDENS autem Job, dixit: *Uisque affligit animam meam, & arterius me sermonibus? Manifestum est: quia responsionibus amicorum suorum attritus sit, & afflictus sive fatigatus sit, & destruetus.*

En dectis confundis me: & non erubescitis, opprimentes me. Dies decem, pro toto tempore nominavit. Sed quomodo in brevi numero, in Apocalypsi major numerus temporis intelligitur: ita & in hac eadem summa numeri minus significatur, ut hoc solidi numero & perfecte manente, pro diversitate locorum in scripturis divinis, nunc majorem numerum, nunc minorem significari noverimus.

Nempe & si ignoravi, mecum erit ignorantia mea. At vos contra me erigimini, & arguitis me opprobriis meis. Putatis me, inquit, ignorare Deum, sicut & dicitis: Nunquid amicos decet insultare oppressis: a quibus magis tribulantes solita præstolantur? Non est hoc opus amicorum fidelium, sed est potius subsannatio irridentium.

Saltum nunc intelligite: quia Deus non a quo judicio affixir me, & flagelli suis me cinxerit. Ecce clamabo, vim patiens, & nemo audiet. Vociferabor, & non est qui judicet. Ille dicebat se iniquè sustinere molestias tormentorum: illi vero utpote iniquum pati suo merito loquebantur.

Et putant quod in hoc articulo illius sensus erraverit & ideo postmodum dicat ad Deum: Insuper locutus sum, & quæ ultra modum excederent scientiam meam.

Semitan mean circumfēsis, & transire non possum, Quia rectus utique atque illibatus proficietur ad gloriam meritorum meorum. Hanc igitur ignominiam passionis hujus circumfēsis atque interclusit: ut ad illam gloriam pervenire non possum.

Et in calle meo tenebras posuit. Id est, in tramite: hoc est, castigata via mea, qua velut per arcum & angustum certa spe ad justum retributorem pergebam, tenebras in eo misericordia hujus & calamitatis inventi.

Sploravit me gloria mea, & abfuit coronam de capite meo. Gloria me regni privavit: fidei quoque fiduciam abfuit: quam de ipso apertus mea, qui est naturæ rationalis caput, velut honoris coronam detraxit.

Destruxit me undique, & pereo: & quasi evulsa arbor abfuit spem meam. Domo, regno, familia, filiis, amicis, sanitate corporis mei delitatus sum: ita his omnibus ablatis, perire me video: cujus etiam spes vita mea velut arbor abfuit eft.

Irratus est contra me furor ejus: & sic me habuit quasi hostem suum. Furor Dei loco potest diabolus ipse intelligi, qui beatum Job diversis modis, id est, blasphemis, & carnis ejus cruciatibus infestabatur.

Similiter venerantur latrones ejus, & fecerunt sibi viam per me. Furor Dei, diabolus est; latrones vero, ministri ejus sunt: hoc est quod ait, & fecerunt sibi viam per me: quando eum, vel facultibus mundi, vel sanitate corporis spoliaverunt. Unde pulchre dicitur eft:

Et obfederunt in gyro tabernaculum meum. Fratres meos longè fecit a me: & nos mei quasi alieni receperunt a me. Dereliquerunt me propinquai mei: & qui me noverant oblitus sunt mei. Iniquilini domus meæ, & ancilla meæ sicut alienum habuerunt me: & quasi peregrinus fui in oculis eorum. Seruum meum vocavi, & non respondi: ore proprio deprecabar illum. Id est, foris infidili sunt. Sive circumdecederunt in gyro tabernaculum ejus: hoc est, in corpore ejus tormenta poferunt. Animam vero inclinare ad peccatum non poterunt.

Fugite ergo a facie gladii: quoniam ultor iniuriam gladius est. Hoc dicit: si receperitis ab impreffione mea, gladium iustæ sententiae Dei poteris evadere. Gladius est enim lingua regis, & non carnalis, ut Salomon dicit.

Et scitote esse judicium. Quo judicio justi judicis Dei, potero de subsannatoribus judicari.